

Año XXXVII. 30 de Julio de 1896. Núm. 14.

BOLETIN **OFICIAL**

DEL

OBISPAZO DE OSMA.

Este BOLETIN se publica ordinaria
mente los días 15 y 30 de cada mes, pudiendo
anticiparse ó retrasarse algún número,
según las necesidades del servicio lo re-
clame; y así lo disponga el Prelado. La
colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está
a cargo de la Secretaría de Cámara, donde
se admiten suscripciones, mediante pago
anterior de 6 pesetas al año. A las fabri-
cas se hará cada semestre el descuento
estrictamente necesario.

AUSENCIA DE NUESTRO ILMO. Y RVMO. PRELADO.

Ha salido S. Sra. Ilma. y Rvma. de esta Villa
el día 17, por prescripción facultativa, con objeto
de tomar baños de mar, como lo verificará en algún
punto de las costas de Galicia, satisfaciendo á la vez
los anhelos de su piedad filial con pasar breves días
al lado de su respetable señor padre en la ciudad
de Santiago, á donde sabemos ha llegado felizmen-
te, gracias á Dios.

Asistirá también el Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo
al Congreso Eucarístico de Lugo como otros muchos
Prelados, y terminados los trabajos de aquella ilus-
tre Asamblea, regresará muy pronto á esta su amada
Diócesis.

Durante su ausencia de ella, ha tenido á bien
encomendar el Gobierno eclesiástico al M. I. Señor
Lic. D. Manuel de Roa, Dean de la Santa Iglesia
Catedral.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIII
APOSTOLI PETRI EPISTOLA ENCYCLICA
AD PATERACHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS
ALIOSQUE LOCORVM ORDINARIOS
PACEM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIBVS FRATRIBVS
PATERACHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPBIS EPISCOPBIS
ALIOSQUE LOCORVM ORDINARIIS
PACEM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LXXX PP. XXX.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Satis cognitum vobis est, cogitationum et curarum Nostrarum partem non exiguam illuc esse conver-
sam, ut ad *ovile* in potestate positum summi pastoris animarum Iesu Christi revocare devios conemur. In-
tentio hac in re animo, non parum conducere salutari consilio propositoque arbitrati sumus, Ecclesiae effi-
giem ac velut lineamenta describi: in quibus praeci-
pua consideratione dignissima *unitas* est, quam in ea, velut insigne veritatis invictaeque virtutis, divi-
nus auctor ad perpetuitatem impressit. Multum in intuentium animis nativa Ecclesiae pulchritudo spe-
ciesque posse debet: neque abest a veri similitudine, tolli eius contemplatione posse inscientiam; sanari opiniones falsas praeiudicatasque, maxime apud eos qui non sua ipsorum culpa in errore versentur: quin imo excitari etiam in hominibus posse Ecclesiae amore utique similem caritati, qua Iesus Christus eam sibi sponsam, divino cruento redemptam, opta-

vit: *Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea* (1). Reversuris ad amantissimam parentem, aut non probe cognitam adhuc, aut iniuria desertam, si redditum stare oporteat non sanguine quidem, quo tamen pretio est Iesu Christo quaesita, sed labore aliquo molestiaque multo ad perpetiendum leviore, saltem perspicuum erit non voluntate humana id onus homini, sed iussu nutuque divino impositum. Et eamque rem, opitulante gratia caelesti, facile veritatem experiendo intelligent divinae eius sententiae: *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* (2). Quamobrem spe maxima in *Patre luminum* reposita, unde *omne datum optimum et omne donum perfectum* descendit (3), ab eo scilicet, qui *incrementum dat* (4) unus, enixe petimus, ut Nobis vim persuadendi impertire benigne velit.

Etsi Deus, quaecumque a naturis creatis efficiuntur, omnia ipse efficere sua solius virtute potest, nihilominus tamen ad iuvandos homines ipsis uti hominibus, ex benigno providentiae consilio, maluit: et quemadmodum in rerum genere naturalium perfectionem debitam, ita in iis, quae modum naturae transiliunt, sanctitatem homini ac salutem non nisi hominum opera ministerioque impertire consuevit. Sed perspicuum est, nihil inter homines communicari, nisi per externas res quae sensibus percipientur, posse. Hac de causa humanam naturam assumpsit Dei Filius, qui cum in forma Dei esset... semetipsum exinanivit. formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus (5): atque ita, in terris agens, doctrinam suam suarumque praecepta legum hominibus, colloquendo, tradidit.

(1) Ephes. V, 25.

(2) Matth. XI, 30.

(3) Ep. Iac. I, 17.

(4) I. Corinth. III, 6.

(5) Philippens. II, 6-7.

Cum divinum munus eius perenne ac perpetuum esse oporteret, idcirco nonnullos ille sibi adiunxit alumnos disciplinae suae, fecitque potestatis suae participes: cumque *Spiritum veritatis* in eos devo-
casset e caelo, p^raecepit, peragrarent orbem terrarum, quodque ipse docuerat quodque iusserat, id omne fideliter universitati gentium praedicarent; hoc quidem proposito, ut eius et professione doctrinae et obtemperatione legibus posset hominum genus sanctitatem in terris, felicitatem adipisci in caelo semperitnam.—Hac ratione atque hoc principio Ecclesia genita: quae quidem, si ext^remum illud quod vult, caussaeque proximae sanctitatem efficientes spectentur, profecto est *spiritualis*: si vero eos consideres, quibus cohaeret, resque ipsas quae ad spiritualia dona perducunt, *externa* est necessarioque conspicua. Docendi munus accepere Apostoli per cognoscenda visu audituque signa: idque illi munus non aliter executi quam dictis factisque, quae utique sensus permoverent. Ita quidem illorum vox extrinsecus illapsa per aures, fidem ingeneravit in animis: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* (1). Ac fides ipsa, scilicet assensio primae supremaeque veritati, mente quidem per se comprehenditur, sed tamen eminere foras evidenti professione debet: *Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem* (2). Simili modo nihil est homini gratia caelesti, quae gignit sanctitudinem, interius: sed externa sunt ordinaria ac praecipua participandae instrumenta gratiae: sacramenta dicimus, quae ab hominibus ad id nominatim lectis, certorum ope ritu*m*, administrantur. Iussit Jesus Christus Apostolis perpetuisque Apostolorum successoribus, gentes ut edocerent ac regerent: iussit gentibus, ut illorum et doctrinam acciperent et potestati obedienter subes-

(1) Roman. X, 17.

(2) Ib. 10.

sent. Verum isthaec in christiana republica iurium atque officiorum vicissitudo non modo permanere, sed he incohari quidem potuisset nisi per interpretes ac nuntios rerum sensus. — Quibus de caussis Ecclesiam cum *corpus*, tum etiam *corpus Christi* tam crebro sacrae litterae nominat: *Vos autem estis corpus Christi* (1). Propter eam rem quod corpus est, oculis cernitur Ecclesia: propterea quod est Christi, vivum corpus est actuosum et vegetum, quia eam tuetur ac sustentat, immissa virtute sua, Iesus Christus, in eum fere modum quo cohaerentes sibi palmites alit ac fructuosos facit vitis. Quemadmodum autem in animantibus principium vitae in occulto est ac penitus abditum, indicatur tamen atque ostenditur motu actuque membrorum, sic in Ecclesia supernaturalis principium vitae perspicue ex iis, quae ab ipsa aguntur, appareat.

Ex quo consequitur, in magno eodemque perniciose errore versari, qui ad arbitrium suum fingunt Ecclesiam atque informant quasi latentem minimeque conspicuam: item qui perinde habent atque institutum quoddam humanum cum temperatione quadam disciplinae ritibusque externis, at sine perenni communicatione munerum gratiae divinae, sine rebus iis, quae haustam a Deo vitam quotidiana atque aperta significatione testentur. Nimirum alterutram esse posse Iesu Christi Ecclesiam tam repugnat, quam solo corpore, vel anima sola constare hominem. Complexio copulatioque earum duarum velut partium prorsus est ad veram Ecclesiam necessaria, sic fere ut ad naturam humanam intima animae corporisque coniunctio. Non est Ecclesia intermortuum quiddam, sed corpus Christi vita supernaturali praeditum. Sicut Christus, caput et exemplar, non omnis est, si in eo vel humana dumtaxat spectetur natura

(1) Corinth. XII, 27.

visibilis, quod Photiniani ac Nestoriani faciunt; vel divina tantummodo natura invisibilis, quod solent Monophysitae; sed unus est ex utraque et in utraque natura cum visibili tum invisibili; sic corpus eius mysticum non vera Ecclesia est nisi propter eam rem, quod eius partes conspicuae vim vitamque ducent ex donis supernaturalibus rebusque ceteris, unde propria ipsarum ratio ac natura efflorescit. Cum autem Ecclesia sit *eiusmodi* voluntate et constitutione divina, permanere sine ulla intermissione debet *eiusmodi* in aeternitate temporum: ni permaneret, profecto nec esset condita ad perennitatem, et finis ipse, quo illa contendit, locorum esset temporumque certo spatio definitus: quod cum veritate utrumque pugnat. Istam igitur et visibilem et invisibilem coniunctionem rerum, quia naturalis atque insita in Ecclesia nutu divino inest, tamdiu permanere necesse est, quamdiu ipsa permansura Ecclesia. Quare Chrysostomus: *Ab Ecclesia ne abstineas: nihil enim fortius Ecclesia. Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia. Caelo excelsior et terra latior est illa. Numquam senescit, sed semper viget.* Quamobrem eius firmitatem stabilitatemque demonstrans, *Scriptura montem illam vocat (1).* Augustinus vero: *Putant (gentiles) religionem nominis christiani ad certum tempus in hoc saeculo victuram, et postea non futuram. Permanebit ergo cum sole, quamdiu sol oritur et occidit; hoc est quamdiu tempora ista volvuntur, non deerit Ecclesia Dei, id est Christi corpus in terris (2).* Idemque alibi: *Nutabit Ecclesia, si nutaverit fundatum: sed unde nutabit Christus?... Non nutante Christo, non inclinabitur in saeculum succuli. Ubi sunt qui dicunt, periisse de mundo Ecclesiam, quando nec inclinari potest? (3).*

(1) Hom. *De capto Eutropio*, n. 6.

(2) *In Psal. LXXI*, n. 8.

(3) *Enarratio in Psal. CIII*, sermo II, n. 5.

His velut fundamentis utendum veritatem quaerenti. Scilicet Ecclesiam instituit formavitque Christus Dominus: propterea natura illius cum quaeritur cuiusmodi sit, caput est nosse quid Christus voluerit quidque reapse effecerit. Ad hanc regulam exigen- da maxime Ecclesiae unitas est, de qua visum est, communis utilitatis causa, nonnihil his litteris attin- gere.

Profecto unam esse Iesu Christi germanam Eccle- siam, ex luculento ac multiplici sacrarum litterarum testimonio, sic constat inter omnes, ut contradicere christianus nemo ausit. Verum in dijudicanda statu- endaque natura unitatis, multos varius error de via deflectit. Ecclesiae quidem non solum ortus sed tota constitutio ad rerum voluntate libera effectarum per- tinet genus: quocirca ad id quod revera gestum est, iudicatio est omnis revocanda, exquirendumque non sane quo pacto una esse Ecclesia queat, sed quo unam esse is voluit, qui condidit.

Iamvero, si ad id respicitur quod gestum est, Ecclesiam Iesus Christus non talem finxit formavitque, quae communites plures complecteretur gene- re similes, sed distinctas, neque iis vinculis alligatas, quae Ecclesiam individuam atque unicam efficerent, eo plane modo, quo *Credo unam.... Ecclesiam* in sym- bolo fidei profitemur. *In unius naturae sortem coop- tatur Ecclesia quae est una, quam conantur haereses in multas discindere. Et essentia ergo et opinione, et principio et excellentia unicam esse dicimus antiquam et catholicam Ecclesiam.... Ceterum Ecclesiae quoque eminentia, sicut principium constructionis, est ex uni- tate, omnia alia superans, et nihil habens sibi simile vel aequale* (1). Sane Iesus Christus de aedificio eiusmo- di mystico cum loqueretur, Ecclesiam non comme- morat nisi unam, quam appellat suam: *aedificabo Ec-*

(1) Clemens Alexandrinus, *Stromatum* lib. VII, cap. 17.

clesiam meam. Quaecumque, praeter hanc, cogitetur alia, cum non sit per Iesum Christum condita, Ecclesia Christi vera esse non potest. Quod eminet etiam magis, si divini auctoris propositum consideretur. Quid enim in condita condendave Ecclesia petiit, quid voluit Christus Dominus? Hoc scilicet; munus idem, idemque mandatum in eam continuandum transmittere, quod ipse acceperat a Patre. Id plane statuerat faciendum, idque re effecit. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* (1). *Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum* (2). Iamvero Christi muneris est vindicare ab interitu ad salutem quod perierat, hoc est non aliquot gentes aut civitates, sed omnino hominum, nullo locorum temporumve discrimine, universum genus: venit *Filius hominis... ut salvetur manus per ipsum* (3). *Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (4). Itaque partam per Iesum Christum salutem, simulque beneficia omnia quae inde proficiuntur, late fundere in omnes homines atque ad omnes propagare aetates debet Ecclesia. Quocirca ex voluntate auctoris sui unicam in omnibus terris, in perpetuitate temporum, esse necesse est. Plane plus una ut esse posset, excedere terris et genus hominum fingere novum atque inauditum oporteret.

Hoc ipsum de Ecclesia una, quotquot essent ubique et quovis tempore mortales complexura, vidi ac praesignificavit Isaias, cum, futura prospicienti, obiecta species montis est, celsitudinis exsuperantia conspicui, qui imaginem *Domus Domini*, videlicet Ecclesiae, expressam gerebat: *Et erit in novissimis*

(1) Ioan. XX, 21.

(2) Ioan. XVII, 18.

(3) Ioan. III, 17.

(4) Act. IV, 12.

diebus *praeparatus mons domus Domini in vertice montium* (1). Atqui *unus* iste mons est, in vertice montium locatus: *una domus Domini*, ad quam *omnes gentes* vivendi normam petiturae aliquando confluenter: *Et fluent ad eam omnes gentes... et dicent: venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius* (2) Quem locum cum Optatus Milevitanus attingeret, *Scriptum est, inquit, in Isaia propheta: ex Sion prodiet lex, et verbum Domini de Hierusalem.* Non ergo in illo monte Sion Isaias aspicit vallem, sed in monte sancto, qui est Ecclesia, qui per omnem orbem romanum caput tralit sub toto caelo... *Est ergo spiritualis Sion Ecclesia, in qua a Deo Patre rex constitutus est Christus, quae est in toto orbe terrarum, in quo est una Ecclesia catholica* (3). Augustinus vero: *Quid tam manifestum quam mons?* Sed sunt et montes ignoti, quia in una parte terrarum positi sunt... Ille autem mons non sic. quia implevit universam faciem terrae: et de illo dicitur; *paratus in cacumine montium* (4). Illud accedit, quod Ecclesiam Filius Dei mysticum corpus suum decrevit fore, quocum ipse velut caput coniungeretur, ad similitudinem corporis humani quod suscepit: cui quidem naturali conglutinatione inhaeret naturale caput. Sicut igitur mortale corpus sibi sumpsit unicum, quod obtulit ad cruciatus et necem, ut liberationis humanae pretium exsclveret, sic pariter unum habet corpus mysticum, in quo et cuius ipsius opera facit sanctitatis salutisque aeternae homines compotes: *Ipsum (Christum) dedit (Deus) caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius* (5). Dispersa mem-

(1) Isaias, II, 2.

(2) Ib. 2-3.

(3) *De Schism. Donatist.*, lib. III, n. 2.

(4) *In Epist. Iwan. tract. I*, n. 13.

(5) Ephes. I, 22-23.

bra atque seiuncta non possunt eodem cum capite, unum simul effectura corpus, cohaerere. Atqui Paulus, *Omnia autem, inquit, membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et Christus* (1). Propterea corpus istud mysticum *compactum* ait esse *et connexum. Caput Christus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam subministracionis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membra* (2). Quamobrem dispersa a membris ceteris siqua membra vagantur, cum eodem atque unico capite conglutinata esse nequeunt: *Unus Deus est, et Christus unus, et una Ecclesia eius et fides una et plebs una in solidam corporis unitatem concordiae glutino copulata. Scindi unitas non potest, nec corpus unum discidio compaginis separari* (3). Quo melius Ecclesiam effingat unicam, similitudinem animati corporis informat, cuius non aliter victura membra sunt, nisi colligata cum capite, vim ad se vitalem ex capite ipso traducant: seiuncta, necesse est emori: *Non potest (Ecclesia)... divulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quidquid a matrice discesserit, seorsum vivere et spirare non poterit* (4). Mortuum vero corpus quid habet cum vivo similitudinis? *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fovet eam suam, sicut et Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius* (5). Aliud igitur simile Christo incohetur caput, alius Christus, si praeter eam, quae corpus eius est, fingi Ecclesiam alteram libeat. *Videte quid caveatis, videte quid observetis, videte quid timeatis. Contingit, ut in corpore humano, imo de*

(1) I. Corinth. XII, 12.

(2) Ephes. IV, 15-16.

(3) S. Cyprianus, *De cath. Eccl. Unitate*, n. 23.

(4) Id. loc. cit.

(5) Ephes. V, 29-30.

corpore aliquod praecidatur membrum, manus, digitus, pes: numquid praecisum sequitur anima? Curi in corpore esset, vivebat: praecisum amittit vitam. Sic et homo Christianus catholicus est, dum in corpore vivit: praecisus, haereticus factus est: membrum amputatum non sequitur spiritus (1). Est igitur Ecclesia Christi unica et perpetua: quicumque seorsum eant, aberrant a voluntate et praescriptione Christi Domini, relictoque salutis itinere, ad interitum digrediuntur. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulterae iungitur, a promissis Ecclesiae separatur, nec perveniet ad Christi praemia qui reliquit Ecclesiam Christi..... Hanc unitatem qui non tenet, non tenet Dei legem, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem (2).

At vero qui unicam condidit, is idem condidit unam: videlicet eiusmodi, ut quotquot in ipsa futuri essent, arctissimis vinculis sociati tenerentur, ita prorsus ut unam gentem, unum regnum, corpus unum efficerent: *Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae (3).* Voluntatem hac de re suam Jesus Christus sanxit, propinqua iam morte, augusteque consecravit, ita Patrem adprecatus: *Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me... ut et ipsi in nobis unum sint... ut sint consummati in unum (4).* Imo tam intime nexam iussit esse in sectatoribus suis unitatem tamque perfectam, ut coniunctionem cum Patre suam ratione aliqua imitaretur: *Rogo... ut omnes unum sit, sicut tu, Pater, in me, et ego in te (5).* Tantae autem inter homines ac tam absolutae concordiae necessarium fundamentum est convenientia coniunctioque mentium: ex quo conspiratio vo-

(1) S. Augustinus, sermo CCLXVII, n. 4.

(2) S. Cyprianus, *De cath. Eccl. Unitate*, n. 6.

(3) Ephes. IV, 4.

(4) Ioan. XVII, 20-21-23.

(5) Ib. 21.

luntatum atque agendorum similitudin natura gignitur. Quamobrem, pro sui divinitate consilii, unita em fidei in Ecclesia sua iussit esse: quae quidem virtus primum est in vinculis iis quae hominem iungunt Deo, et inde nomen *fideles* accepimus. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma* (1): videlicet sicut unus Dominus, et baptisma unum, ita omnium Christianorum, qui ubique sunt, unam esse fidem oportet.

(Prosequetur).

SEMINARIO CONCILIAR DE OSMA.

EDICTO.

De orden de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado hago saber:

1.º Desde el día 1.º de Septiembre estará abierta la matrícula para todos los alumnos de este Seminario, terminando el plazo de la misma para los gramáticos el 15, y para los filósofos y teólogos el 20. Los que se matriculen después de estas fechas pagarán derechos dobles.

2.º En el referido mes de Septiembre del 10 al 14 tendrán lugar los exámenes de ingreso para el nuevo curso y los extraordinarios de Latín y Humanidades, y del 15 al 20 los extraordinarios de Filosofía, Teología y Derecho canónico. Pueden solicitar ser admitidos también á exámen extraordinario los alumnos que, habiendo probado ya curso, aspiren á mejorar la nota obtenida.

3.º Para ser admitido como alumno del Seminario é inscrito en su matrícula, se requiere: 1.º ser hijo de legítimo matrimonio y de diez años de edad al menos, acreditándolo con partida de Bautismo; 2.º ser de buena vida y costumbres y dé señales de vocación al estado eclesiástico, lo que probarán con

(1) Ephes. IV, 5.

certificación del Párroco; 3.^º no tener defecto físico que imposibilite para el Sacerdocio, ni enfermedad crónica, repugnante ó contagiosa, y además los internos estar vacunados, justificando estos extremos con certificación del médico del Seminario; y 4.^º tener los conocimientos suficientes en primera enseñanza, si tratase de matricularse en primer año de Latinidad, ó haber probado el curso anterior, los que pretendan matricularse en cualquier otro.

4.^º Dispuesto por el Decreto episcopal sobre estudios y disciplina, de fecha 21 de Junio de 1894, que solo se permitirá cursar como externos á los alumnos que no pudiesen satisfacer la módica pensión de colegiales ó tuviesen impedimento lejítimo, han de presentar todos en esta Secretaría de estudios antes de 1.^º de Septiembre solicitud en papel simple, dirigida á S. Sra. Ilma y Rvn a., manifestando la clase á que quieren pertenecer, y siendo para externos, acompañarán certificado ó nota de la Alcaldía y con el V.^º B.^º del Párroco expresiva de la cuota de contribución de sus padres, sin perjuicio de otros informes que se tomarán para resolver lo conveniente. Los que habiendo sido internos en el último curso, piensen continuar siéndolo en el venidero, bastará con que dén aviso de ello á esta misma Secretaría para la expresada fecha.

5.^º Todos los internos deberán traer para su uso las prendas siguientes: Dos colchones, ó gergón y colchón de un metro 65 centímetros de largo por 85 centímetros de ancho, seis sábanas, dos almohadas, seis fundas, seis servilletas, seis paños de manos, seis camisas interiores, ocho exteriores, seis pares de calzoncillos, seis idem medias negras, una colcha ó sobre-cama, dos mantas, una silla, dos bonetes, dos pares zapatos, dos idem zapatillas negras, uno ó dos alzacuellos negros, un devocionario, rosario y pila para agua bendita, sobrepelliz, baul pequeño,

aguamanil y jofaina, peines, cepillos para ropa y calzado, vaso y cubierto de metal, felpo ó alfombra pequeña para delante de la cama, y además la ropa exterior para una muda; si cursaren Teología, además de la silla, traerán una mesa pequeña. Todas las prendas de ropa blanca deberán estar marcadas con las iniciales del nombres y los dos apellidos de los internos.—El traje de los seminaristas internos dentro del Establecimiento será: sotana cerrada de paño fuerte, color pardo, sin botones en su parte anterior y alzacuello negro de seda ó de merino; y fuera del Establecimiento en los actos oficiales, manto de paño pardo, beca azul y bonete negro con borla del mismo color.

6.^º Los Filósofos y Teólogos internos habrán de pernoctar en el Seminario el día 20 de Septiembre, presentándose al Sr. Rector antes de las seis de la tarde, y los externos estarán en esta Villa el día 21, para dar todos principio á los Santos Ejercicios espirituales, cuyo primer acto tendrá lugar á las siete de la tarde del mismo día 21. Se advierte terminantemente que los que sin causa grave, cumplidamente justificada ante el Prelado, no asistieren á la lista que se pasará para dicho primer acto, perderán la matrícula y el consiguiente derecho á cursar en el año próximo.

7.^º Perderán la gracia de que disfrutan los alumnos internos que no obtuvieren al menos calificación de *Benemeritus* en todas las asignaturas de su año en los exámenes ordinarios.

8.^º El día 1.^º de Octubre tendrá lugar á las diez de la mañana la solemne apertura del curso de 1896 á 1897, y al día siguiente comenzarán las clases, debiendo presentarse en ellas los alumnos respectivos provistos de los correspondientes libros de texto.

9.^º No se admitirá la matrícula á ningún externo sin que presente una papeleta en que consten su

nombre y apellidos, los de la persona á quien en esta Villa esté encomendado ó encargado y la calle y número de la casa en que habita, debiendo tener presente en cuanto al hospedaje lo que se previene en la disposición 2.^a de Disciplina del Decreto sobre estudios y disciplina, arriba citado.

El Ilmo. y Rvmo. Prelado encarga á los señores curas párrocos y ecónomos dar conocimiento de las precedentes disposiciones á todos aquellos á quienes pudieran interesar.

Seminario Conciliar de Osma 20 de Julio de 1896.—*El Secretario de Estudios, Lic. VICTOR HERNANDO OLARTE.*

Lista de los Sres. Socios del Congreso Eucarístico de Lugo.

- M. I. Sr. Provisor y Vicario general del Obispado.
M. I. Sr. Manuel de Roa, Dean de esta S. I. C.
M. I. Sr. D. Juan García Vellostillo, Canónigo Penitenciario.
M. I. Sr. D. Manuel M.^a Vidal, Canónigo Archivero.
M. I. Sr. D. Julian Gratal, Canónigo.
M. I. Sr. D. Cándido Moro, Canónigo Secretario.
R. Sr. Arcipreste Párroco de Santa María de Aranda de Duero.
Sr. D. Julian Marfagón, Párroco de Olmillos.
Sr. D. Galo de la Cámara, Párroco de Pinilla de Trasmonte.
Sr. D. Eulogio Morales, Párroco de Vinuesa.
-

CRÓNICA DIOCESANA.

La novena que anualmente dedican á su excelsa patrona Nuestra Señora del Carmen la Comunidad de PP. Carmelitas y la V. O. T. de esta Villa, ha tenido este año excepcional realce con la asistencia del Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo, que se dignó oficiar de pontifical en la solemne *Salve* del último día.

En el d^e de la fiesta, celebró la Misa de comunión, y antes de distribuir esta á los cofrades y numeroso concurso de fieles, dirigióles una sentidísima plática de preparación, que enfervorizó más y más al piadoso auditorio. Concurrió tambien el Prelado á la solemne Misa, cantada á grande orquesta, y en la cual pronunció fervoroso panegírico el R. P. Vicario de aquella Comunidad, y por la tarde, después del ejercicio, en que predicó el P. Ernesto, asistió S. Sra. Ilma. y Rvma. á la magnífica procesión, ostentando devotamente sobre las vestiduras episcopales el escapulario de hermano del Carmelo.

Entre las diferentes obras de embellecimiento que en poco tiempo se han llevado á cabo en nuestra Santa Iglesia Catedral, merecen especial mención las dos magníficas verjas que cierran las Capillas de Nuestra Señora del Espino y del Santo Cristo del Milagro, por la parte del crucero.

Son obra del notable artista Burgense D. Juan Pascual León, y en ella ha dado una gallarda prueba de lo mucho que vale en esta clase de trabajos.

Como la mayor parte de los de la Catedral, su estilo es el góticó, y sus enormes barrotes retorcidos, sus fajas repujadas y doradas, sus airolos remates y los magníficos escudos con las armas del Ilmo. Sr. OI ispo están ejecutados á la perfección.

El trabajo del Sr. Pascual León, en nada desmerece del que en 1515 llevó á cabo el maestro mayor de Toledo Juan Francés, en la monumental verja de la Capilla Mayor; antes al contrario, colocadas las verjas á los dos lados de aquella, contribuyen poderosamente á embellecer la hermosa perspectiva del crucero.

El artista ha sido muy felicitado por cuantos han visto su hermosa obra.

Sumario de este número —Ausencia del Ilmo. y Rvmo. Prelado.—Encíclica de S. S. el Papa León XIII *De Unitate Ecclesiae*. (Texto latino).—Seminario Conciliar: Edicto anunciando las matrículas para el próximo curso de 1896 á 1897; los exámenes extraordinarios y sobre ropa y trajes de los seminaristas internos.—Lista de los socios del Congreso Eucarístico de Lugo.—Crónica diocesana: novena y festividad de Nuestra Señora del Carmen en el Convénto de PP. Carmelitas de esta Villa: dos verjas nuevas en la Santa Iglesia Catedral; una en el Santo Cristo del Milagro y en Nuestra Señora del Espino la otra.